



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 119. Principum Italiæ invidia in Alexandrum, ejusque Filium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. dentibus, interea Plumbinum Urfinis
 A.C. 1501. reddebatur, vitæ ac bonorum incolumi-
 tate incolis concessa.

§. CXIX.

Principum Italicæ invidia in Alexandrum, ejusque Filium.

Guic. ib.

Cum Pontificis, ac Valentini Ducis ejusdem filii potentia, atque auctoritas partis hisce urbibus plurimum firmaretur, Italiæ Princeps suam illis felicitatem haud parum invidere cæperunt; hanc tamen Galliarum Rex præ ceteris moderatori animo ferebat, sive quod res suas in Italia tam firmo pede insistere arbitraretur, ut sibi a Papa nil timendum esset, sive quod Valentini Ducis ferociam, atque enormem vitæ suæ licentiam tandem degeneraturam crederet in tragicum finem, extremumque exitium, in quod post Pontificis obitum prolapsurus esset. Præterea omnes Italiæ Principes certatim Ludovici amicitiam exoptabant, totaque Pisanorum, Florentinorum, Luccensium, ac Senensium salus a Regis tutela omnino pende-
 bat, illius tamen intererat, ne Valentiniensem Ducem offenderet; Mediolanensium enim Ducatui non solum, quidquid Veneti in eo possiderent, sed etiam
 Cremona

Crémonam, Bresciam, & Bergomum Sæcul. XVI.
A. C. 1501.
adjungere, animo constituit.

§. CXX.

Ludovicus XII. ad sua studia Cæsarem pertrahere molitus.

Verum ad exequenda hæc consilia, foedus cum Maximiliano Imperatore pacisci, omnino necessitas suadebat; ab eo enim Mediolanensis Ducatus inaugurationem obtinere debebat, quam tamen Cæsar vario obtentu denegare conabatur: Ludovicus igitur Maximilianum sibi conciliare, omni ope & operam adlaborat; verum haud exigua obstant impedimenta, quæ haud felicius superari posse arbitrabatur Cardinalis de Ambasia, quam si ipse rei gerendæ negotium in se susciperet, spe tumidus, se obeunte Alexandro VI. Papatus dignitatem aucupaturum. Ergo Archiducem supplex accedit, ut sibi in Tridentina urbe cum Maximiliano Patre ejus colloquendi copiam impetraret; hæc enim civitas Mediolanensem Ducatum, ac hæreditarias Austriacæ Domus Provincias interfecat.

§. CXXI.